

XV.

INCIPIT

DE GENERE VASORVM VEL POCVLORVM.

AVLA vel olla, quam nos ollam dicimus. et est 5
capacissimum vas. Plautus in Amphitryone (fr. III):
óptumo iure ínfringatur aula cineris ín caput.

Varro Gerontodidascolo (190): 'sed simul manibus
trahere lanam nec non simul oculis observare ollam pultis
ne aduratur'. — idem Bimarco (68): 'Vulcanum 10
† neccum novae lagoenae ollarum † figura ter precantur'.

MATELLA, aquarium vas. Plautus in Amphitryone (fr. IV):
né tu postulés matulam unam tibi aquai infundi ín caput.

Varro Endymionibus (104): 'divitum apothecas
Chias ad communem revocat matellam'. — idem 15
Manio (262): 'lecto strato matellam, lucernam, ceteras
res esui usuique prae se portant'.

MORTARIVM, in quo teruntur quae solvenda sunt.

Plautus in Aulularia (95):
cultrum, securim, pístillum, mortárium.

26—10 quod — adur.; 12—13 Mat.—cap.; 17—21 Mort.—est.

3 INC. om. *D*^A || 4 GENERIBVS *ed. a. 1476* || VEL om. *C*^A || 5 vel
ola *Roth.*: *secl. Quich.* || et est *H*^s: sed est *rell.* || 9 simul *secl. Mu.* ||
10—11 V. aecum *Bue.*: Vulcanumne cum *Vahlen.* || 11 olla *ve*
Schneider. || (figuratur p. *H*^s): figurator p. *Bue.*: figurantur p. *cod.*
N. Fabri sec. Quich. || precatur *Bue.* || 12 aquarum *L*¹ *C*^A *D*^A ||
in om. *A*^A || 13 postulas *Hoffmann.* || aquae *ed. a. 1480*: aquam
L *A*^A *B*^A *C*^A: aqua *D*^A || 14 apoth. *Turneb., Lipsius*: aphocas ||
16 matella lucerna: *corr. Iun.* || esui usuique *Bue.*: huius vique ||
17 vas in q. *Mu.*

- 20 PELVIS, sinus aquarius in quo varia pelluntur: unde ei nomen est. Laberius Virgine (94):

amóre cecidi, támquam blatta in péluim.

Caecilius in Feneratore (134):

péluim sibi poposcit.

- 25 FIDELIA, Samium vas ad usus plurimos. Plautus Aulularia (622):

múlsi congiálem plenam fáciam tibi fidéliam.

PATELLA. Varro Eumenidibus (160): 'patella esurienti posita provocat Neapolitanas piscinas'. — idem ||

- 1 Manio (265): 'quocirca oportet bonum civem legibus parere, deos colere, in patellam dare *μικρὸν κρέας*'.

CUPAS et TINAS. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'antiquissimi in conviviiis utres vini primo, postea tinas
5 ponebant (id est oris longi cum operculo) aut cupas, tertio amphoras'.

VRNVLA est vas aquarium. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'item ex aere, ut urnulas, aquales, matulas, creteras'.

CADI, vasa quibus vina conduntur. Lucilius lib. XVIII (1):

- 10 milia ducentum frumenti tolli' medimnûm,
vini mille cadûm.

17—21 Mort.—est; 24—25 Caec. pel.—plur.; 26—28 Plaut. plen.—pos.; 4—7 Cupas et Tinas. antiq.—aq.; 9 Cadi—cond.

20 vasa *Mu.* || 25—26 *cf.* 313. 28 || 26 multi si *CA* || 1 legem *CA* || 2 deos *Bue. post Ald.*: et eos || collere *L* || *ηρεας*: *corr. Ald.* || 4 primo *om. CA DA* || 5 id—longi *om. DA* || oris *Quich.*: mori *LB⁴ CA*: in mori *AA* || 1. vasa c. *Mu.* || aut *Mu.*: ad: ac *Kettner.* || 7 aquarum *CA DA*: quarum *L¹* || 8 ornale (urnulae): *corr. Quich.* || mutalae *CA*: mutulae *LA⁴ BA*: *corr. Quich.* || ac creterras *Quich.*: sic ceteras || 9 XVII *CA* || 10 tu centum *Bouterwek.* || formenti: *corr. ed. a. 1471* || tolles *codd. h. l.* || 10—11 *cf.* 495. 37 (s. v. acc. sing. pro gen. plur.).

Vergilius Aen. lib. I (195):

vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes.

Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'Hortensius supra decem milia cadūm heredi reliquit'. 15

VRNARIVM. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (532): 'sed quae necessitas te iubet aquam effundere domi tuae? si vasa habes pertusa, plumbum non habes? ad quam rem nobis est confluvium? ad quam rem urnarium?' 15

POLYBRVM, quod Graeci *χέρυβα*, nos trullium vocamus. 20

Livius (Odys. 5):

argenteo polybro, aureo eglutro.

Fabius Pictor lib. XVI: 'aquam manibus pedibusque dato, polybrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua'.

SIMPVIUM. Varro Est Modus Matulae, *περὶ μέθης* (115): 'non vides ipsos deos, si quando volunt gustare vinum, 25 derepere ad hominum fana? et tamen tum ipsi illi Libero simpuiο vinitari?' 25

LINES, vasi genus. Afranius Fratriis (187a):

labélla, lines.

Laberius in Cophino (38):

cum próvinciás déspoliávit, columnás monólithás, labéllá, linés. || 30

14—16 Varro Ortens.—Urn. vas; 18—21 Varro ad quam rem nob.—pol.; 23 Fab. Pict. pol.—aq.; 26 Simpuvium. Varro. tum ipsi—vinitari.

13 inde *LB^ACA* || 14—15 cf. 495. 35 (s. v. acc. sing. pro gen. plur.) || 14 III *codd. h. l.* || hortensio (ort.) *codd. h. l.* || 16 Urnarium vas *D^A* || 17 iuvet || 18 habet: *corr. Scal., Lips.* || 20 *χέρυβον* *Mu.* (cf. *Corp. Gloss. Lat. II, p. 476. 52 χέρυβον*, trulleum) || trullum (trullam *EP*) || 21 et glutro: *corr. O. Mueller. ad Fest. 396* || 24 Simpuvium *LB^ACA*: Simpuum *A^A*: Simpuvium *D^A*: Simpulum (?) *Mu.* || 26 deripere *LA^ABA* || illi *om. D^A* || sinpuio (simp.) *LA^ABA^ACA*: simpuvio *D^A* || vin.] inuitari *ed. a. 1471*: uinum dari *Bue.*: fort. uini (*gen. partit.*) dari || 27 Lines *Heraeus* (*Petron. Gloss. p. 8*): Lineas || 28 lenis *AA^ABA*: lenes *L*: -es (*Paris. 7666*) vel -is (*Lugd. Bamb.*) *CA* || 30 disp. || 31 labella (*cum lines*) *del. Mue.* (cf. v. 28) || lenis.

- 1 OBBA, poculi genus vel ligneum vel ex sparto. Varro
Est Modus Matulae (114): 'dolia atque apothecas
tricliniares, Melicas, Calenas obbas et Cumanos calices'.
— idem epistula ad Marullum: 'utrum meridie an
5 vesperi libentius ad obbam accedas, locus ac tempus
adventus declarabit'.

CANTHARVS. Vergilius in Bucolicis (VI, 17):
et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

- DOLIA, vasa grandia quibus vinum reconditur. Varro
Est Modus Matulae (114): 'dolia atque apothecas
10 tricliniares, Melicas, Calenas'. — idem Manio (263):
'haec adventoribus accedunt: cellae, claves, claustra,
carnaria, dolia'.

ALABASTER. Cicero Academicorum lib. II (fr. 11):
'quibus etiam alabaster plenus unguenti putrere videtur'.

- SCYPHVS. Vergilius (Aen. VIII, 278):
15 et sacer inplevit dextram scyphus.

BATIOLA. Plautus Colace (53):
bátiolam auream ócto pondo habebat; accipere nóluit.

- CALICES. Varro Est Modus Matulae (114): 'apo-
thecas tricliniares, Melicas, Calenas obbas et Cumanos
20 calices'. — Cicero Tusculanarum lib. III (44): 'quid?
huic calix mulsi inpingendus est, ut plorare desinat?'

1—5 Obba—accedas; 6—8 Canth.—rec.; 11—13 Varro
haec—unguenti; 14—17 Scy.—nol.; 19—20 Calices. Varro.
obbas—calices.

1 ex parto *CA DA* || 1—3 cf. v. 9; v. 18; 146. 9 || 3 calicas
CA: calicis *L¹ B⁴*: calicias *AA*: calices *DA* || 4 marullium: *corr.*
Roth.: M. Tullium *Riccobon.* || 5 ac tempus *Mu.*: actus (*om. CA*) ||
declaravit || 6 C. vas *DA* || 7 gravi *LA A* || 8—10 cf. v. 1; v. 18;
146. 9 (*s. v. obba*) || 11 aedium (*adeo Iun.*) emptoribus *Popma* ||
sellae *Gesner.* || carnaria *B⁴ CA DA*: carnalia *LA A* || 13 putere
Pius: putrer (-ret *Paris. 7666*) esse *CA*: putre esse *LA A B⁴* ||
16 Bacyola *AA* || 17 habebam *Ritscheli* *Opusc. III, 793*, *Quich.* ||
18—19 cf. v. 1; v. 9; 146. 9 (*s. v. obba*) fort. *secludend.* (*cf.*
'*Non. Marc.*' p. 33) || 20 plorare se des.

CYMBIA. Vergilius lib. V (267):

cymbiaque argento *perfecta* atque aspera signis.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'item erant vasa vinaria: sini, cymbia, culignae, paterae, guti, sextarii, simpuvium'.

CRATERES, vasa vini. Vergilius Aen. lib. I (VII, 147; 25 cf. I, 724):

crateras laeti statuunt et vina coronant.

|| Crateres, vasa olearia. Vergilius in Bucolicis (V, 68):

craterasque duo statuam tibi pinguis olivi. ||

et Aen. lib. VI (225):

1

fuso crateres olivo.

ORCAE. Varro de Re Rustica lib. I (13, 6): 'saepe, ubi conditum vinum novum, orcae in Hispania fervore musti ruptae'.

NASSITERNA, vas aquale. Varro de Re Rustica lib. I (22, 3): 'ut ex aere aenea, urceos, nassiternam, item alia'.

CATINVS. Varro de Re Rustica lib. I (63, 1): 'promendum id frumentum quod curculiones exesse incipiunt: id enim cum promptum est in sole ponere oportet aquae catinos, quod eo conveniunt, ut ipsi se necent'. — 10

21—28 Cymb.—ol.; 3—5 Orc.—aq.; 6 Varro urc. nass.

22 *perfecta om.* || *atque om.* B^A || 24 *culignae Lips.*: *aquilinae (-ne)* || 25 *Crateras (cf. v. 26): Craterae ed. a. 1480* || *vasa v. ed. a. 1476: maius v. LA^AB^ACA: maius vas (om. vini) D^A* || 27 *Crateras A^A: Crater C^AD^A: Crateres LB^A* || *vas olearium D^A* || 28 *duos statuam A^A: duostantum LB^A* || 3 *Orcas (Arcas A^A): corr. Quick.* || 8 *id Varr.: in* || *exsesse LB^A: exsese C^A: exsesse (E) vel exsese (H¹P) A^A* || 9 *idem enim C^A* || *aquae Varr.: adque (atque).*

546. 547 M.

idem de Vita Populi Romani lib. I: 'dicuntur enim patellae, salini, acetabula, catini, patinae'.

CALAMISTRVM, fistula brevis, qua cirri concinnantur. Cicero in Oratore (78): 'removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum; ne calamistri quidem adhibebuntur'.

15 CARCHESIA, genera poculorum. Vergilius Aen. lib. V (77): hic duo rite mero libans carchesia baccho.

et Georg. lib. IV (380):

et mater: cape Maeonii carchesia bacchi.

Alias summa pars mali, id est foramina quae summo
20 mali funes recipiunt. Lucilius (III, 37):

tertius hinc mali superat carchesia summa.

Catullus Veronensis (64, 235 b):

lucida qua splendent . . carchesia mali.

HIRNEA, vas vinarium. Plautus in Amphitryone (429):
25 cādus erat vini: índe inplevi hírneam . . .

MIXTARIVM, quo miscemus. Lucilius lib. V (33):

urceus aut † longe gemino mixtarius paulo †.

CALPAR nomine antiquo dolium. Varro de Vita Populi
1 Romani lib. I: 'quod, antequam nomen || dolii prolatum, cum etiam id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum'.

11—16 Catinus. Varro. dic.—bac.; 19—3 Al.—perluuntur.

11 salinia (seq. a) *CA DA*: salina *Quick.* || patenae *A⁴ B⁴* ||
12—14 *secl. Quick.* || 12 cirri *ed. princ.*: tibi (tibia *DA*) ||
concinnantur *Stewech.*: continetur || 14 nec c. || 15—16 *cf.*
312. 27 || 15 I *codd. h. l.* || 17 III *B⁴* || 18 et *om.* || 20 L. tertio
(seq. tertius) *Mu.* || 21 hinc *A⁴*: hic *rell.* || malis s. *A⁴* ||
23 splendet: *corr. Ald.* || 24. 25 Cyn- de hac forma *vid. Birt.*
(*Rhein. Mus. LIV, 205*) || 26 vas quo *Mu.* || 27 longus *Fr. Dousa* ||
gemina m. aure *I. Dousa*: fort. gemina m. ampla vel gemmans
m. trulla || 28 fort. Calpa (*graece κάλπη*) et v. 2 calpa dic. (*sed*
vid. Paul. Fest. p. 46).

TRVLLEVM, quo manus perluuntur. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'itaque ea sibi modo ponere ac suspendere quae utilitas postularet: trulleum, matellionem, 5 pelvim, nassiternam, non quae luxuriae causa essent parata'. — et: 'urceolum aquae manale vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur. unde manalis lapis appellatur in pontificalibus sacris, qui tunc movetur cum pluviae exoptantur; ita apud antiquissimos manale sacrum vocari 10 quis non noverit? unde nomen illius'.

ARMILLVM, urceoli genus vinarii. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'etiamnunc pocula quae vocant capulas ac capides, quod est poculi genus, item armillum, quod est urceoli genus vinarii'.

SINVM et GALEOLA, vasa sinuosa. Vergilius in Bucoliceis (VII, 33):

sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis expectare sat est.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'ubi erat vinum in mensam positum aut galeolam aut sinum'.

LEPISTAE. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'ut 20 fere habent aeneum illi, qui venditant oleum. lepidistae

19—3 Al.—perl.; 5—6 Varro. postul.—nass.; 7—10 ei urceol.—noverit; 11—13 Arm.—capides; 13—16 Item—quotannis; 18—20 Varro. ubi—Lepistae. vas aeneum.

3 Trulleam *C^AD^A* || vas quo *Mu.* || 4 II *A^A* (*seq. i*) || 4—5 cives m. petere ac suspicere *Mu.* || 5 trulleam *C^AD^A* || matelliorem: *corr. Bentin.* || 6 esse: *corr. Scal.* || 7 et *Kettner. p. 28* (et lib. II *Scal.*): eius *LB^AC^AD^A*: ius *A^A* || aquae manalem *LB^A*: aqua manalem *C^AD^A*: aquae manale *A^A*: aquimanale (?) *Mu.* || 10 exorantur (?) *Mu.* || manale *A^A*: -lem *rell.* || illis *C^A* || 12 capullas || 13 q. e. p. g. *del. Popma* || 14 q. urc. (*om. est*) *D^A* || 15 Galeolas (-los *C^A*): *corr. Ald.* || 15—16 *cf. 211. 26* || 19 aut lepestat aut g. aut s. dicebant *schol. Veron., Serv. Daniel. in Ecl. VII, 33* || mensa *schol. Veron., Prisc. I, 263* galeolam *schol. Veron., Serv.*: galeola || sinu: (*corr. H² mg.*) || 20 L. vas aeneum *D^A* || 21 illi qui *Mu.*: aliqui || vendant *L¹*.

547. 548 M.

etiamnunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut aeneae'.

CRETERRA est quam nunc situlam vocant. Naevius Lycurgo (41):

nam ut lúdere laetantís inter se vidimus † praeter amnem
25 cretérís sumere aquam éx fonte.

Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, creterrae, anancaea, 1 opera nobilium toreutarum'. || [Cicero de Deorum Natura lib. II (114 = Arat. 219):
in medioque sinu fulgens Cretera relucet.]

XVI.

INCIPIT

5 DE GENERE CALCIAMENTORVM.

* * *

23 Cret.—voc.; 26—27 Varro ad—creterrae.

22 finis *A^A* || pauperioribus *L¹*: pauperibus *A^A* || files *L A^A C^A* ||
23 Creterra *L B^A*: Craetera *D^A*: Creterra (*H*) vel Crattera (*E*: Cartera *P*) *A^A*: Cretera (*Lugd. Bamb.*) vel Caetera (*Paris. 7666*) *C^A* || 24 nam vel l. (*Paris. 7666*) vel nam ve l. (*Lugd. Bamb.*) *C^A*: namque l. ut *Voss.* || in se *A^A*: inter sese *Voss.* || propter a. *Iun.*: ut petere a. *Bue.*: fort. amnem pr. || 25 cf. 84. 12 || creteris *L¹ C^A*: creterris *A^A B^A*: terris *codd. 84* || ex sponte *L¹ C^A*: ex ponte *B^A*: ex fonte *A^A* || 27 creterraen hanc ea *C^A* || 1 tareutarum *L A^A B^A*: tartuiarum *C^A*: corr. *Roth.* || 1 (Cic.)—2 secl. *Mu.* || 2 mediaque || creterare lucis *L¹*: creterra relucis *C^A*: creterre lucis *A^A B^A* || 4—9 Caput *XVI^{um}* deest in *codd.*; sed utrum folium archetypi exciderit an scribae oculi ex INC. DE GENERE ad INC. DE COLORE aberraverint, incertum. Cap. *XVII^{um}* post cap. *XIV^{um}* collocat *D^A*.

XVII.

INCIPIT

DE COLORE VESTIMENTORVM.

CVMATILIS aut marinus aut caeruleus; a graeco trac- 10
tum, quasi fluctuum similis; fluctus enim graece κύματα
dicuntur. Titinius Setina (114):

et quém colos cumátilis deceat?

Plautus in Epidico (233):

cúmatile aut plumátile.

15

MOLOCHINVM, a graeco, color flori similis malvae.

Caecilius Pausimacho (138):

carbásina, molochina, ámpelina.

Plautus in Aulularia (514) institores molochini coloris
molocinarios appellavit.

20

INPLVVIATVS color, quasi fumato stilicidio inplutus,
qui est Mutinensis quem nunc dicimus. Plautus in
Epidico (224):

ínpluiata, ut ístae faciunt véstimentis nómina.

9—12 DE—dicuntur; 16 Mol.—malvae; 19—21 Plaut.
inst.—implutus.

8 INC. om. A⁴D⁴ || 9 DE GENERE (GENER L) VEL
COLORE VEST. || 10 Cum. color aut Mu. || 13 ecquem Both. ||
cumatius L A⁴B⁴: cumatius (Paris. 7666) vel cumatilis (Lugd.
Bamb.) C⁴ || 14—15 cf. 540. 22; 545. 1 || 16 floris D⁴ || 18 mo-
lichina B⁴ || amperina B⁴C⁴: amperita L¹: amperinta A⁴:
corr. Bentin. || 19—20 secl. Mu. || 19 institutores L A⁴ || molo-
cini L¹ || 20 molochinarios D⁴ (cum H) || 23 inpluiata (im.)
L¹B⁴: inpluviata C⁴: inpluiata (H¹) vel inpluviata (EP) A⁴.

548. 549 M.

CALTVLAM et CROCOTVLAM. utrumque a generibus
25 florum translatum, a calta et a croco. Vergilius in
Bucolicis (II, 50):

pinguia luteola pingit vaccinia calta.

Plautus in Epidico (231):

íntusiatam, pátagiatam, cátlulam aut crocótulam.

Novius Paedio (71):

30 mólucinam, crocótam, cheridótam, ricam, rícinum.

Naevius Lycurgo (43):

pállis, patagiís, crocotis, málacis mortuálibus.

sed caltulam Varro de Vita Populi Romani lib. I
palliolum breve voluit haberi: 'caltula est palliolum prae-
35 cinctui, quo nudae infra papillas praecinguntur; quo
mulieres nunc et eo magis utuntur, postquam subuculis
desierunt'.

CERINVM, a cerae colore. Plautus in Epidico (233): ||

1 plúmatile aut cumátile, cerinum aut gérinum.

FERRVGINEVM colorem ferri similem esse volunt; vere
autem ferrugineus color caeruleus est. Vergilius Georg.
lib. IV (183):

et ferrugineos hyacinthos.

24—26 Ca.—calta; 34—35 Castula est—praecinguntur;
37—3 Cer.—est.

24 Calcatulam *L*¹: Cautulam *CA DA* || 25 (Verg.)—26 *secl. Mu.* || 26 mollia *DA* (*cum Verg.*) || 27—28 *cf. 539. 1; 539. 4* || 28—29 *om. L*¹ || 28 inlusiata *CA*: illusiata *A⁴ BA* (*L*¹ *n. l.*) || 29—30 *cf. 539. 21* (*s. v. rica*); 540. 24 (*s. v. molucina*) || 30 mollicinam crocatam uridotam richam ricinium *codd. h. l.* || 31—32 *cf. 540. 6* (*s. v. patagium*) || 32 malaciis *CA*: malatiis *LB⁴* (= *G*): malitiis *A⁴*: malacis (-lic-) *codd. 540* || mortalibus *codd. h. l.* || 33 castulam: *corr. ed. a. 1471* || 34 castula || 35 quo *ed. a. 1471*: quod || 37—1 (*cum.*) *cf. v. 14; 540. 22* || 1 aut cum. *om. L*¹ || carinum aut gerrinum *codd. Pl.*: ce. aut gelinum || 2 colore f. simile *LC⁴* || vere] fere *A⁴* || 4 -eos -tos *L*¹: -eus -tus *A⁴ BA CA*.

Plautus in Milite (1179):

5

pálliolum habeas ferrugineum: nam ís colos thalássicust.

OSTRINAM, ab ostri colore, qui est subrubeus. Turpilius Hetaera (72):

intérea aspexit virginem
iniéctam in capite rículam indutam óstrinam.

10

Varro Eumenidibus (121):

aurórat ostrinum híc indutus súpparum.

MVREX, color purpureus. Vergilius in Bucolicis (IV, 43):

ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
murice.

15

et Aen. lib. IV (262):

Tyrioque ardebat murice laena.

LVTEVS color proprie crocinus est. [Vergilius] in
Bucolicis (IV, 44):

iam croceo mutabit vellera luto.

et Aen. lib. VII (26):

20

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Varro Eumenidibus (148): 'nam ut arquatis et
lutea quae non sunt et quae sunt lutea videntur; sic
insanis sani et furiosi esse videntur insani'. — idem

6 Plaut. pall.—ferrug.; 7 Ostr.—subrub.; 13 Mur. col. purp.;
17—21 Virg. Tyrioque—bigis.

6 habes *A*⁴ || 7 ab—colore *Me.*: ad—colorem || 8—10 *cf.*
539. 25 (s. v. rica) || 10 iniectam *codd. h. l.*: instantem *codd. 539*:
intransem *Grautoff.* || ind. o. r. *Ribb.* || induta *C*⁴ || 12 (hic i.
supp.) *cf.* 540. 16 (s. v. supparum) || a. ostrinam *LC*⁴: aurora
tonstrinam *A*⁴ *B*⁴ || 16—17 *cf.* 240. 25; 541. 5 || 17 ardebant *A*⁴ ||
lene (-na *B*⁴) || 18 Verg. *om. L*¹ *C*⁴ || 19 mutavit || 22—24 *cf.*
35. 14 (s. v. arquatus) || nam ut a. ét q. n. s. lú. et q. sú. v. etc.
Housman (Class. Rev. XVI, 255) || 22 et *del. Bue* || 23 et quae
sunt *codd. 35*: aequae (-ae) ut *codd. h. l.* || 24 vid. esse *codd. 35*.

549. 550 M.

- 25 Modio (314): 'sed Cynicis involucrum et pallium luteum non est'.

CROCOTA, crocei coloris vestis. Plautus in Aulularia (521):
cum incédunt infectóres corcotárii.

VIOLACIA, a violae colore. Plautus in Aulularia (510):
flammárii, violárii, caríarii.

- 30 PVLLVS color est quem nunc Spanum vel nativum dicimus. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'ut dum supra terram essent, riciniis lugerent, funere ipso, ut pullis palliis amictae'. ||

- 1 ANTHRACINVS, [color] niger, a graeco. anthraces enim graece carbones latine appellantur. et est lugentium vestis. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'propinquae adulescentulae etiam anthracinis, proxumae amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum'.

26 Croc.—vest.; 28 Viol.—col.; 30—31 Pull.—dicimus;
32—14 Varro lug.—possim.

26 Crocuta || 27 incendunt: (corr. Bamb.) || 28—29 cf. 541.29 ||
29 flammari: (corr. Bamb.) || cariari: (corr. H¹ Bamb.): carinarii
codd. Pl. || 32 esset Scal. || ricinis || p. pallis || 1 color D^A: om.
rell. || 2 lat. secl. Mu. || 4 proxumo (-im-) (-me P) || dimisso.

XVIII.

5

INCIPIT

DE GENERIBVS CIBORVM VEL POTIONVM.

ASPARAGOS. Varro *Virgula Divina* (573): 'oleum in lucubrationem servabimus, quam in asparagos totam lecythum evertamus'.

BLITVM, olus leve. Varro *Eumenidibus* (163): 'Empe- 10
docles natos homines ex terra ait ut blitum'.

LAPATIVM. Varro *Modio* (318):

hanc eandem voluptatem
tacitulus taxim consequi lapatio et tisana possum.

MAENAE. M. Tullius *de Finibus Bonorum et Malorum* 15
lib. II (91): 'qui enim voluptates ipsas contemnunt,
eis licet dicere se acipenserem maenae non antepone'.

ACIPENSER, piscis genus. Cicero *Tusculanarum* lib.
III (43): 'et siquem tuorum adfectum maerore videris,
huic acipenserem potius quam aliquem Socraticum libellum 20
dabis?'

32—14 Varro lug.—poss.; 18—1 Ac.—frenum vocari.

6 INC. *om.* *D*⁴ || 7 GENERE *L* *B*⁴ || POMORVM || 8 Sparagos ||
9 servavimus (*serviamus G*) || melius quam *Mu.* || sparagos (*spargos*
*C*⁴ *D*⁴) || totum || legitime vertamus *L* *A*⁴ *B*⁴: legitime veriamus
*C*⁴: legitime variamus *D*⁴ (*cum Bamb.*): *corr. Roth.*: totum
lecythium e. (?) *Bue.* || 10 lene: *corr. ed. a. 1471* || 11 ait *om.* *L*¹ ||
12 Lapadium. Tisana *D*⁴: Lapadium *rell.* (-pid- *L*): (*corr. index*
*margin. in B*⁴) || 13 v. h. e. *Mu.* || 14 tacitus *D*⁴ || possim *C*⁴ *D*⁴ ||
*post v. 14 add. haec C*⁴: Tisana. Varro modio. hanc eandem
voluptatem tacitus taxim consequi lapathio et tisana possim,
fort. recte || 16 voluntates ipsas: voluptatem ipsam *Cic.* || 17 acci-
pienserem || 18 Accipiens (-pen- *D*⁴) || 19 I *B*⁴ *C*⁴ || ut *C*⁴ *D*⁴ ||
adfectum *L*¹: adfectum (*aff.*) *rell.* || 20 accipiens (-pen- *D*⁴).

aut passum, quam murrinam quidem Plautus appellare solet'.

SAPA, quod nunc mellacium dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'sapam appellabant quod de musto ad mediam 20 partem decoxerant; defretum, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant defervefaciendo'.

PASSVM. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'passum nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent eamque passi essent in sole aduri'.

MORIOLAM. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 25 'vino addito loram, passum vocare coeperunt; muriolam nominabant, quod ex uvis expressum erat passum et ad folliculos reiculos et vinacia ea dicebant || sapam'. 1

TVRVNDAM, ut libum, sacrum quoddam ex farre genus panificii. Varro Cato vel de liberis educandis (12): 'alii adferunt libum ac turundam'.

10 — 21 Loram dic.— defervef.; 23 — 24 Pass. nomin.— aduri; 26 — 1 Morirol. nomin. qu. ex uvis passis expressum erat quod et vinacia dicebant; 2 Tur. ut lib. sac.; 4 — 9 Varro alii — solent.

17 murmurinam corr. *D⁴* || quidem om. *D⁴*: (quidam *PE*) || appellari ut vid. (-re *G Bamb. Lugd. Paris. 7665 Oxon.*) || prole *C⁴*: solet *D⁴*: putat *L A⁴ B⁴* (fuerat in arch. polet) || quidam Plautum a. putant *Ald.* || 22 — 23 passam nom. *Mu.* || 23 vindemiam: (corr. *Bamb.*) || 24 aduri * * * *Mu.* || 26 lora: corr. *Iun.* || passum *Bentin.*: passi || vocare (-ri *L¹*): mutare *Mu.*: potare *Popma* || moriolam *D⁴* || 27 quod] quom *Mu.* || exsuviis *L¹ C⁴* (-vis ut vid. *Paris. 7666¹*): ex uvi *A⁴* || 1 reiculos *Mu.*: reiquos: reliquos *cod. N. Fabri* || ea d.] adiciebant *Iun.*: adiecerant *Mu.* || sapam om. *C⁴* || 2. 4 libum ed. *princ.*: librum || 2 ex *Me.*: et (e *L¹*) || arre *C⁴* || 3 panificii.

5

XIX.

INCIPIT

DE GENERE ARMORVM.

CATAPVLTA, iaculum celer vel sagitta. Plautus in Curculione (690):

atque ita te nervo torquebo ut catapultae solent.

10 Titinius in Setina (124):

† quem procul aspexit inmittier,
voluit revortit, quoniam catapulta volat. †

Plautus in Captivis (796):

nam meus est ballista pugnus; cubitus catapulta est mihi.

15 Novius † Pacevo (66):

ut sole horrescit † cerrea castra
crebro catapulta inpulit.

Lucilius Satyrarum lib. V (36):

custodem classis catapultas, tela, sarisas.

4—9 Varro alii—solent; 16—19 Nov. in cas. creb.—sarisas.

6 INC. om. *DA* || 7 GENERIBVS *Mu.* || 9 to. itidem ut *codd. Pl.* || 11 quom *Palmerius*: quem ut *Ribb.* || inmitter *LB^A*: inmittier *AA*: inmittere *CA* || 12 volucris *Mu.* || quasi cum ca. *Both.* || evolat *Both.*: avolat *Neukirch.* || fort. q. pro. aspexi inmittier | voluit revorti? (*vel* nol. rev.) || 15 Pacuvius Paulo *Mu.*: Naevius Paulo (?) *Grauert.*: fort. No. Paedio (*cf.* 'Non. Marc.' p. 97) || 16 orescit *LB^A CA*: horrescit *AA* || or. tuetur *Sittl.* (*Arch. Lat. Lex. I, 486*) || ut sol coruscat c. c. *Iun.*: ut sole aurescit terra c. C. F. *Mueller.*: fort. ut sol orescens Cereris c. || 17 cebro *LA^A* || 19 catapultas, tela *Roth.*: catapulta stila (*ist. B^A*).

Sisenna Hist. lib. III (40): 'praeterea catapultas 20
sedecim, quattuor ballistas, viginti plaustra scorpiis ac
minoribus sagittis onusta'. — Varro de Vita Populi
Romani lib. III: 'nam postea C. Lutatio consuli ad
Aegatis insulas, cum ipse catapulta ictus esset'.

VELITES, levis armatura. Titinius Barbato (7):

. . . ita spūreus ánimátur ín proéliúm 25
velés, eques recipit sé neque ferit quemquam hóstem . . .

Sallustius in Iugurtae Bello (46, 7): 'cumque his
permixti velitis'. — Varro 'Ἀλλ' οὐ μένεις, περὶ φι-
αργυρίας (21):

quém secuntur cúm rutundis vélitis levés parmis.

RORARIJ appellabantur milites qui, antequam congressae 30
essent acies, primo non multis iaculis inibant proelium:
tractum quod ante maximas || pluvias caelum rorare in- 1
cipiat. Lucilius Satyrarum lib. VII (33):

quinque hastae, aureolo cinctu rorariu' veles.

idem lib. X (9):

pone paludatos stabat rorariu' velox. 5

Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'rorarii
appellati quod imbris fere primum rorare incipit'.

24 Veles levis arm.; 27—28 Sall. cumque—vel.; 30—2
Ror.—inc.; 5 Lucil. pone—velox.

21 uigisti: *corr. B⁴* || plautra (-ta *L¹*): (*corr. Bamb.*) || scorris
(scoriis *B⁴*): *corr. Roth.* || 22 honusta: (*corr. Bamb.*) || 23 C. *C⁴*:
G. *L A⁴ B⁴* || ipsa: *corr. ed. a. 1476* || 24 Tit. Barb. * * * Si-
senna. ita *Quich.* || 25 spurcus *Ribb.*: spurius (immundus purius
Bamb., quod ex gloss. immundus ortum vid.) || 26 fort. sese nec ||
27 cum quo his *L¹*: ut cum eis *Sall.*: cum quois *Mu.* ||
28 velites *D⁴* || 28—29 cf. 553.9 || 28 ἀπομυμνεῖς περὶ
μαργυρίας || 29 q. s. quem r. *A⁴* || parmis *codd. 553*: pareans
B⁴ C⁴: parens *L¹*: pareans (*H*) vel parens (*E¹ P*) *A⁴* || 30 Rorari
L A⁴ B⁴: Rori *C⁴ D⁴*: (*corr. P*) || congressi: *corr. D⁴* || 3 velis ||
5 paludatus: *corr. Mu.*: -tum *F. Doussa* || 7 quod imminentibus
imbr. *Mu.*

ANTESIGNANORVM proprietas aperta est. Varro 'Αλλ' οὐ
μενεῖς, περὶ φιλαργυρίας (21):

- 10 quém secuntur cūm rutundis vélitis levés parmis,
antesignaní quadratis múltisignibús tecti.

FVNDITORES sunt qui fundis magis dimicant. Sallustius
in Iugurtae Bello (46, 7): 'ipse cum expeditis cohorti-
bus, dehinc funditorum et sagittariorum delecta manu
15 apud primos erat'. — Sisenna Hist. lib. III (19):
'ac post armatos funditores et sagittarios ponit'.

GLANDIS est plumbum in modum glandis informatum.
Sallustius in Iugurtae Bello (57, 4): 'pars eminus glande
aut lapidibus pugnare'. — Vergilius lib. VII (686):

- pars maxima glandis
20 liventis plumbi spargit.

SCORPIO est genus teli. Sallustius Hist. lib. III (33):
'quorum unam epistulam forte cum servo nacti prae-
datores Valeriani scorpione in castra misere'. — Sisenna
Hist. lib. III (41): 'longius scorpios catapulta concitos'.

- 25 TRAGVLA est hasta. Sallustius Hist. lib. III (II, 67):
'avidissimis itaque promptis ducibus, ut Metellus ictu
tragulae sauciaretur'. — Varro Meleagris (293):

8—11 Antes.—antes.; 12 Fund.—dimicant; 15—16 Sis.
ac—formatum; 19—21 Virg. pars—teli; 22—23 Sallustius
praed.—mis.; 25—27 Trag.—sauciaretur.

8—11 cf. 552. 27 || 8—9 αμονμεμ (v A^A C^A) εἰς (σε A^A C^A)
περὶα (α om. B^A) μαρτυρίας || 10 q. s. om. L¹ || velites D^A ||
11 antesignant L¹ C^A D^A || multis insignibus: corr. Lachm.
comm. Lucr. p. 96 || 16 plumbim ut vid. A^A (plumbim E, -bi
H¹, -bum P) || glandis om.: add. D^A || (pl. in formam glandis
index marg. in B^A) || formatum D^A (cum Paris. 7666) || 17 in
om. L || 18 bello om. C^A || 21 II C^A: II (H¹) vel III (P E) A^A ||
22 quarum: corr. Quich. || una epistula (-ola): corr. Iun. ||
23 scorpionem: corr. Iun. || 25—27 cf. 398. 7 (s. v. saucii) ||
26 a. itaque scripsi: avidisque ita codd. 398: avidissimis atque
codd. h. l.: avidis simul ita atque Mu. || 27—29 cf. 555. 23
(s. v. sparum).

aut ille, cervum quí volabileí currens
sparó secutust trágulave tráiecit.

PVGIO est gladius brevis. Sallustius Hist. lib. III (59): so
‘at Oppius, postquam orans nihil proficiebat, timide ||
veste tectum pugionem expedire conatus a Cotta Vulcio- 1
que inpeditur’.

ACLYDES, iacula brevia. Vergilius lib. VII (730):

teretes sunt aclydes illis
tela, set haec lento mos est aptare flagello. 5

ANCILE, scutum grande: unde etiam Numae arma
ancilia appellantur. Vergilius lib. VII (188):

laevaue ancile gerebat.

[SPAROS] LANCEAE tela sunt non bellica. Sallustius
in Catilinae Bello (56, 3): ‘sed ex omni copia circiter 10
pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut
quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii prae-
acutas sudes portabant’.

PHALERAE sunt bello ornamenta. Sallustius in Iugurtae
Bello (85, 29): ‘at si res postulet, hastas, vexillum,
phaleras, alia militaria dona’. — Vergilius lib. IX (359): 15

30—6 Pug.—grande; 8—13 Virg. laevaue—ornamenta.

28 volabile *codd. utrobique*; -li *cod. N. Fabri*: -tili *Passerat.* ||
29 secutus est *codd.* 555: secutus *codd. h. l.* || tragulave] tragu-
leae *C^A* || traicit *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || 31 tumide (*Lugd.*
Bamb.) vel timide (*Paris. 7666*) *C^A*: tumida *D^A* || 1—2 vul-
scioque *B^A* || 6—7 etiam nunc arma et ancili (*L¹*: -ile vel
-ille *rell.*): *corr. Mu.* || 7 appellatur: *corr. edd. vett.* || 7—8 *cf.*
316.30 || 9 Sparos *secl. Me.* (*cf. v. 12*) || (Sparus dicitur fustis
nodosus quo rustici utuntur cum eunt ad bellum *gl. ad hunc*
locum pertinet) || lanceae] lineae (-nae) *C^A*: linea (lign-) *D^A* ||
11—12 ut quemque *C^A D^A* (*cum H²*): ut queque (quaeq-) *L^A B^A* ||
13 bello *om. D^A*: belli *ed. a. 1471* (Fal. orn. bellica
index marg. in B^A) || 14 ac (hac) si *A^A B^A* || res pos.] restui et
L B A C^A: restitui et *A^A*: res tulit vel tulerit *docti ap. Sall.* ||
15 federas *C^A*.

554. 555 M.

Euryalus phaleras Ramnetis et aurea bullis
cingula.

PARMA est scutum breve. Sallustius Hist. lib. IV (III, 102): 'hi locorum perignari et soliti nectere ex
20 viminibus vasa agrestia. ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ea arte se quisque in formam parmae equestris armabat'. — Vergilius lib. IX (548): ense levis nudo parmaque inglorius alba.

FERENTARIi, levis armatura, qui cui opus esset auxilio ferrent excursu levi, armis gravibus non impediti. Cato
25 de Re Militari (6): 'inde partem equitatus atque ferentarios praedatum misit'. — Sallustius in Catilinae Bello (60, 2): 'postquam eo ventum est unde a ferentariis proelium committi posset'.

VERVTVM est telum breve et angustum. Sallustius Hist. lib. III (36): 'saxaque ingentia et orbes axe ||
1 iuncti per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum erici militaris veruta binum pedum'. — Varro "Ovos λώρας (361): 'aut cervos, qui tibi mali nihil fecerunt, verutis. a, artem praeclaram!'

16—21 Virg. Eur.—arm.; 23—24 Fer.—imped.; 27—28 Sall. postquam—angustum; 2 ver. bi. pedum.

19 pergnari *I. Dousa* || 21 fuerat *H³*: fuere ad *LA⁴BA⁴CA⁴*: erat *D⁴* || eq. clupeco arm. *Dietsch.* || equestri: (*corr. H²*) || VIII *LC⁴* (*cum H¹*) || 22 levi *LA⁴BA⁴*: levis (*Bamb.*) *vel* levi (*Lugd.*) *CA* || 23 Ferentari || qui cui *Mu.*: quicquid: qui quod *Me.*: *fort.* qui quibus || auxilium *Mu.* || 24—25 ad rem militarem || 26 praedatos: *corr. ed. a. 1476* || 27 proelium (-ae-) *D⁴*: proelium (*Bamb.*) *vel* proeli (*Lugd.*) *CA*: proelia (-ae-) *LA⁴*: proelio *B⁴* (= *G*) || possent *LA⁴BA⁴*: possent (*Lugd.*) *vel* posset (*Bamb.*) *CA*: possit *D⁴* || 28 Verr- *LA⁴CA⁴D⁴* || (et acutum *Montepess.*) || (Verrutum missile angulatum et in extimo tenuatum, etc., *index marg. in B⁴ et gl.*) || 29—1 et o. a. i. *Kritz. post Turneb.*: turbae saxae iuncti || 1 minebant *LB⁴*: minebant (*Lugd.*) *vel* minabant (*Bamb.*) *CA*: eminebant *A⁴* || 2 ericii *Ald.*: erigi *LA⁴*: erigo *CA*: hirci *B⁴* || verruta || 3 (a. c.) *cf. v. 33* || aut c. *codd. v. 33*: acerbos *codd. h. l.* (a *pro ā, i. e.* aut) || 4 verrutus: *corr. mrg. Iun.* || ah *Laurenberg.*: ab || artem preclarem (*Lugd.*) *vel* arte praeclara (*Bamb.*) *CA*.

CETRA, scutum breve. Vergilius lib. VII (732): 5
laevas cetra tegit.

PELTAE, scuta Amazonica. Vergilius lib. I (490):
ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

GAESA, telum Galliarum tenerum. Vergilius lib. VIII (661):
Alpina coruscat 10
gaesa manu.

Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'qui gladiis
cincti sine scuto cum binis gaesis essent'.

FALARICA, telum maximum. Vergilius lib. IX (705):
sed magnum stridens contorta falarica venit, 15
fulminis acta modo.

Ennius (Ann. 556):
quae valide veniunt falarica missa.

et dictum hoc genus teli a falis, id est turribus
ligneis.

SPARVM, telum agreste. Vergilius XI lib. (682): 20
agrestisque manus armat sparus.

Varro Meleagris (293):
aut ille, cervum quí volabileí currens
sparó secutust trágulave tráiecit.

Sisenna Hist. lib. III (21): 'sparis ac lanceis eminus 25
peterent hostis'.

5—15 Cet.—venit; 17—21 Enn.—sparus; 25—26 Sis.—iac.

5—6 fort. post 8 collocand. (cf. 'Non. Marc.' p. 93) || 9. 11 Cesa
(Cae-) || 9 tela edd. vett. || tenerum om. D^A || 10 coruscat (Lugd.)
vel -cant (Bamb.) C^A || 11 manu om. D^A || 18 qua D^A || validae
(-de) L A^A B^A: valida C^A D^A || fort. quae validé venit fálárica |
missa || 20 Sparus index marg. in B^A || 20—21 cf. 224. 2 ||
20 lib. X B^A: XI (om. lib.) L A^A C^A || 21 agrestesque D^A ||
22—24 cf. 553. 27 (s. v. tragula) || 23 volabile codd. utrobique:
-li cod. N. Fabri: -tili Passerat. || 24 secutus codd. 553: se-
cutus est codd. h. l. || gratulave B^A || traicit codd. utrobique:
corr. Iun. || 25 IIII C^A.

555. 556 M.

BALLISTAE, saxa maiora et gravia quibus iaciuntur.

Lucilius lib. XXVIII (42):

quid fit? ballistas iactans centenarias.

Sisenna Hist. lib. IV (92): 'ballistas quattuor talentarias'.

30 VENABVLVM, venantium telum latissimum a ceteris, acies longitudines.† Vergilius lib. IX (553):

supra venabula fertur.

Varro "Ονος λυρας (361): 'nempe sues silvaticos in montibus sectaris venabulo aut cervos'.

1 CONTI, hastae longiores et robustae. Vergilius || lib. IX (510):

ac duris detrudere contis.

MANIPVLI sunt manus militum vel collecti viri. Sisenna Hist. lib. III (20): 'conmotus tamen ex tempore singula
5 constituit et, sicut steterant, maniplos obverti iussit'. [idem lib. IV]

MATERAE, tela gravia bellica. Sisenna Hist. lib. III (29): 'Galli materibus † sani lanceis configunt'. — idem lib. IV (71): 'alii materibus aut lanceis tamen medium perturbant agmen'.

25 — 26 Sis.—iac.; 29 — 30 Sis. ball.—latissimum Virg. etc.;
1 — 3 Conti—viri; 5 Sis. et sicut—iussit; 6 — 7 Mat.—configunt.

26 quae i. D⁴ || 28 quid (Bamb.) vel qui (Lugd.) C⁴ || fit (Bamb.) vel sit (Lugd.) C⁴: sic Turneb. || iactas ed. a. 1480 || 30 latius a Mu. || 31 fort. lanceis longitudine cedens || 31—32 Virg. et lato venabula ferro D⁴ || 33 suis || 34 -bula L A⁴ B⁴ || cf. v. 3 || aut c. codd. h. l.: acerbos codd. v. 3 || 3 Manipulister m. D⁴ (cum Lugd.) (ster pro st, i. e. sunt, ut in Bamb.) || vel om. C⁴ || collecta L || 4 conmutus (comm.) L B⁴ C⁴ || et temporae L¹: et tempora A⁴ B⁴ C⁴: corr. Lipsius || 5 steterat: corr. Gulielm. || i. l. IV secl. (?) Mu. (cf. v. 8): i. l. IV * * * Me. || 6 Materae tela Me.: Matereta L A⁴ B⁴ C⁴: Matera D⁴ || ballica L¹: Gallica Mu. || 7 gallia L A⁴ B⁴ C⁴: galli D⁴: fort. Galli aut || ac l. D⁴: aut l. Roth.: Spani l. Me.: Suevi l. Scal. MS. (in exempl. Bodl.) || configunt: corr. Mu. || 8 ali (alii A⁴): Galli Peter || t. aut l. C⁴: ac l. t. Mu.

MALLEOLI, manipuli spartei pice contexti, qui incensi aut in muros aut in testudines iaciuntur. Sisenna Hist. 10 lib. IV (83): 'de quibus partim malleolos, partim fasces sarmentorum incensos supra vallum frequentes'.

CATAPHRACTAE. Sisenna Hist. lib. IV (81): 'custodiae in muro statuuntur cataphractorum'. — Sallustius Hist. lib. IV (66): 'qui praegrediebantur, equites cata- 15 phracti, ferrea omnis specie'.

FALCES et HARPAGAE, armorum genera murorum obpugnationi apta. Sisenna Hist. lib. IV (82): 'falces iniectas conminuunt; pluteos propius conlocatos harpagis deiciunt'.

ANSATAE, iaculamenta cum ansis. Ennius lib. V (173): ansatas mittunt de turribus. 20

CORYTI, leve missile in modum sagittarum. Vergilius (Aen. X, 169):

corytique leves humeris et letifer arcus.

9 Mall.—cont.; 11—22 Sall. de qu.—arcus.

9 sparte: *corr. B⁴ || contacti: corr. D⁴ || 12 vallium: corr. D⁴ || -ter Peter || 14 statum utuntur L¹ || 15 cui Mu. || catafracti L A⁴ B⁴: catafracta D⁴: catafracta (Lugd.) vel catafractae (Bamb., ut vid.) C⁴ || omni: -nes Colerus || 16 arpagae (-ge) || 17 (acta G) || 18 conlocatis (coll.): *corr. Peter || arpagiis || 21 Corici (-ce L¹) || sagitarion C⁴: sagittariorum D⁴ || 22 coricique.**

XX.

INCIPIT

DE PROPINQVITATE.

25

CAESARES dicti qui caesa matre nascuntur.

- 1 AGRIPPAE, qui cum labore matris eduntur, || hoc est per pedes contra naturam, non per caput, quasi ab aegro partu.

VOPISCVS, qui ex duobus conceptis uno abortu excluso ad partum legitimum deducitur.

- 5 GLOS appellatur mariti soror atque item fratris uxor.

LAEVIR dicitur frater mariti, quasi laevus vir.

FRATRIAE appellantur fratrum inter se uxores.

AMITINI, fratrum maris et feminae filii.

PATRVELES, marium fratrum filii.

- 10 CONSOBRINI, quasi consororini, ex duabus editi sororibus. de quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus, et maxime in Afranio et iuris vetustissimis scriptoribus.

26—11 Caes.—auctoribus.

26 que (-ae) (*Oxon., Montepess.*) vel qui (*Paris. 7665*) *D*⁴ || 1 quae *A*⁴ || 3—4 excl. alter ad *D*⁴ || 5 Glosa *L*¹ || idem: corr. *Roth.* || 6 Leuir || fr. mar. om. *C*⁴ *D*⁴ || lebus vir || 7 Fatriae *L*⁴ *B*⁴: Fatriae (*Paris. 7666*) vel Fratriae (-e) (*Lugd. Bamb.*) *C*⁴ || 8 fr.—fil. om. *D*⁴ || matris: (corr. *L*² *P*) || 9 m. f. f.] patui filius aut filia *D*⁴ (om. *Oxon.*) || 10 C. q. add. *Quich.*
